34-1-L-40 21 164

E LIGNO REGNVM

IN SACELLO ARCHICONFRATERNITATIS

SANCTISSIMI

CRVCIFIXI

PER

BERNARDVM BERTOCCHI

Harmonicè expreſſum

Fer. VI. poſt ſecundam Domenicam Quadrageſimæ.



ROMÆ, Typis Io: Franciſci Buagni. MDCCIX

Superiorum Facultate.

Digitized by Google

Digitized by Google

IL Sacrificio cruento dell'Vnigenito dell'Altiſſimo sùll'Ara del Caluario Colle sù del quale Vittima è Sacerdote offrì ſe ſteſſo per redimere con lo sborſo ineſtimabile del Sangue pretioſiſſimo l'Vmanita cattiua,ſendo non che à Fedeli, agl'Infedeli ſteſſi notiſſimo, non hà d'vuopo di argomento alcuno, tanto più che il Sacroſanto Miſtero fù operato in mezzo della Terra,per renderlo chiaro à tuttoil Mondo in cui l'Amoroſo Signore.

CON IL PIV' ILLVSTRE SEGNO,
RITRASSE DA' VNA CROCE IL PROPRIO REGNO.

Digitized by Google

PERSONÆ

CHRISTVS.

VIRGO.

M. MAGDALENA.

PETRVS.

HABRAAM.

CAIPHAS.

LVCIFER.

PRINCIPES & Seniores.

MILITES.

ANIMÆ. Lymbi.

HIERVSALEM.

Digitized by Google

PARS PRIOR.

Caiph. PRincipes Syon inclyti,
Populi, Deo electi, & Seniores,
In vnum vos colligite, intelligite;
Vndique motus. vndique clamorès,
Quòd Sanctam reſpuens Legem
Plebs ſtultum fabri filium amat in Regem.
Viuos, hic Natum Viduæ,
Marthe Germanum mortuos,
Hic Ceco, ſuis preſtigijs donans lumen,
Patrum noſtrorum iactat ſe eſſe Numen.
Vnus moriatur, expedit,
Mors Vnius ſit omnium Vita:
Ruat,
Et penam luat,
Vt reſurgat Lex Auità. Vnus &c.
Si hunc Hominem dimittimus ſpe inani,
Vt eruant noſtra, & Nos, irruent Romani.
Princ. Nobis aduerſum
& Sen. Euerſum eradamus,
Dolo teneamus
Se gloriantem Deum:
Nos pęna turpiſſima,
Nos morte nequiſſima
Condemnemus eum.
Chriſt. Concupiſcenti Animo paratam,
Diù queſitam, optatam,
Vt ſubeam, vt ſuſtineam paſſionem,
Ecce ingredior agonem.
Pater mi, ſi fieri poteſt,
Tranſeat Calix iſte à me:
Promptum Spiritum en paro,
Sed infirma cedit Caro
Nimiùm fragilis in ſe. Pater &c.

Qui dormitis, vos excitat
Cum ſuis iniquis properans
Oſculo qui me tradit,
Infelix vitæ amplexu in mortem cadit.

Virgo. Pignus Animæ meæ vt ego inueniam,
Ad Fontem Heſebon,
Ad Montem Myrrhæ aduenìam.
Vos, vos Sorores meæ Filiæ Hieruſalem
Veſtrum prebete affectum,
Vos indicate mihi meum Dilectum.
Vnica ſpes
Mei Cordis es
Dilecte Nate:
Langueo pro Te
Triſtis in me
O' Fili amate. Vnica &c.

Caiph. Sicut Homo non audiens
Siles ad hæc, quæ audiſti?
Dicito ſi es Dei Filius,
Dicito?

Chriſt. Tu dixiſti.
Summi Patris a dextris ſedendo,
Omnes Hominæs tunc iudicabo:
Ego iniquos cum hędis perdendo,
Mecum Iuſtos cum Agnis vocabo. Sum.&c.

Caiph. Quid Teſtibus egemus, blaſphemauit,
Hic Seductor ſe ipſum iudicauit!
Sacras veſtes ego ſcindo,
Ira armatur mea poteſtas:
Vult à me in reum ſermonem
Vltionem Lex offenſa
Et infenſa Dei maièſtàs.
Sacras &c.

Ad Preſijdem eum ducite,
Nec inuenieus amorem,

Agnoſ-

Agnoſcat in ſua pęna ſuum errorem.

Petrus. Quem ſonitum, me miſerum,
Gallus excitat arguens,
Me peierantem increpans?
Recordor, cum negaui,
Cui in paſſione ſocium eſſe iuraui.
Per mulierem
Caiphæ in Aula ſum defectus:
Sic per Hęuam primus Parens
Malis plenus, bonis carens,
E ſuo Regno fuit eiectus.
Per &c.

Cor, quod fædauit metus,
Precor, emendet,
Quem diffundet fletus.

M.Mad. Suſpirat Cor meum
Te Sponſum, & Deum,
O' Amantium Pax:
Me ab vmbris defendit,
Cum Pectus accendit
Tui luminis Fax. Suſpi. &c.
Culpas meas vt agnoui,
Cor meum numquam remoui
Ab eo, quem mihi, heu, rapit impia Gens;
Nunc contriſtatur mens,
Nam vt pellat angorem,
Querit, nec habet ſuum conſolatorem.

Milites. Inſurgamus,
Verberemus,
Percutiamus,
Flagellemus.

Chriſt. Ægyptum flagellaui
O Iſrael propter Te;
Tu inique pęna graui
Flagellis tradis me. Ægypt. &c.

Im-

Impetu feritatis
Qui in me ſitim exſtinguere,
Cordis veſtri anhelatis,
In me vertite frontes,
Haurite e venis meis Sanguinis fontes.

Petrus. Lacrymæ amaræ
Quam dulces eſtis
Cordi meo:
Vos mihi cares
Solæ poteſtis
Me immundum
Mundum
Reddere Deo. **Lacry &c.**
Vos pectus inundate,
Mergite errorem, errantem me mundate,
Nam lapſum cum reſpexit
Pietatis Sol, me radijs ſuis erexit.

Milites. Inter ſtrepitus clamorum
Spinis Caput coronetur,
Contumelijs Salutetur,
Vale, viue, Salue, Aue Rex Iudeorum.

Chriſt. Antea Benedictus
Nunc maledictus Rex:
Pro floribus en ſpinæ,
Pro Thalamo ruinæ
Pro vita acerba Nex.
Antea &c.
Exulta Habraham, Hieruſalem plora,
Vltima mortis meę quia inſtat hora.

Virgo. Filius meus dum ſuſtinet,
Heu me lacrymis abſtinet
Intimi vis doloris,
Quæ talis, qualis eſt Matris amoris.
Manus laſſas tua dextra firmaſti,
Mundi fortes ponendo in ruinas:

Nunc

Nunc à malis, quos amans ſeruaſti,
Inter Malos languendo declinas.
Manus &c.

M.Mag. Specioſi, & formoſi
Informis eſt aſpectus,
Quia nitore, & decore
Decolorauit eum meus defectus.
Sine meta ſine requie
Fletæ iugiter pupillæ:
Ipſæ Innocens, ego rea,
Ipſum ſtringit culpa mea
Milles laqueis, plagis mille.
Sine &c.

Salue Virginum Virgo *Vir.* Mulier. aue:
Nos ſoletur *Vir.* Dilecti / *M.* Magiſtri Cor ſuaue.
Vir. Mulier
Meditemur cora
M.Mag. Virgo
Quod amara dies ceſſabit:
Vir. Et dilectus / *M.Mg.* Et Magiſter Mundi ſorte.
Victa morte triuphabit
Meditemur. &c.

PARS

Digitized by Google

PARS ALTERA.

Luci. FAuſtas mihi prenunciant imagines
Verſæ in lucem hæ meſtæ caligines:
Quas ſuſtineo has inter voragines:
Hoſti meo parantur vertigines.
Fauſt. &c.

Egó primo fulgore
Super Aſtra euolabo,
Nouo furens furore
Ego Altiſſimo equalis fulminabo.

M. Mag. Crucem humeris baiulans
Exinanitus Dominus
Propter Hominum ſortem,
Factus eſt hodiæ obediens vſque ad mortem.
Bone Ieſu fiat Magdale luctus
Gaudij fructus meo cordi dolenti.
Recordare, cum me Tu abſoluiſti.
Preſtitiſti ſolatium gementi.
Bone &c.

Virgo. Heu, heu quo ducitis
Inter ſpinas vt, lilium
Amanti ſine Matre amatum Filium?
Solue nexus,
Chriſt. Iunge amplexus
Dulcis Mater,
Virgo. Fili electe:
Sine, me Te ſociare,
Chriſt. Conſolare
Mecum Mater
Virgo. Mi Dilecte.
Solue &c.

Chriſt. Genitrix, ne turberis
Ne contriſteris Magdala,

Ad

Ad quæ me miſit Pater,
Vt vadam, opus eſt, acquieſce Mater.
Virgo. Vox Turturis flentis
Det mecum ſuſpiria:
Si à Filio relicta
Eſt Mater afflicta,
Anguſtijs mœrentis
Quis dabit reſpiria? Vox &c.
Habr. Seculorum ſuſpirijs,
Mihi promiſſus Habrahæ,
Adueniat exoratus
Saluator prenunciatus.
Quando quando nos conſolaberis
Deſcende Emmanuel vt pluuia vt Ros:
Sunt momenta
Amanti tormenta,
Feſtina, propera, relaxa nos.
Quando &c.
Chriſt. Me nudatum confixum
Transfixum pro Te attende,
Si dolor, vt meus eſt, Iſrael perpende.
In quo, Popule meus,
Te contriſtaui?
In Horto voluptatis
Vt Regem Maieſtatis
Ex nihilo ad creata Te creaui.
In quo &c.
In Mari iam fui Dux
In Deuio fui tua Lux,
Te horrida per deſerta manne paui.
In quo &c.
Vndique opprobrijs Ieſum,
In Crucem clauis cæſum,
Ingrate, Tu me tollis, quem amaui.
In quo &c.
Pau-

Digitized by Google

Pauper in ſinu mortis
Tibi relictus eſt, Adiutor fortis.
Virgo. In Cruce patientem
Pendentem cum Te inſpicio
Propter Te, propter me, langueo deficio.
En duo pertranſiti pectora
Vnus doloris gladius;
Pro me Fili cum pateris,
Patitur, & pro Te Mater amata,
Tu ab odio, ego ab Amore vulnerata.
Quem mea portarunt viſcera,
Quem mea lactarunt vbera
Pro Te Paſtorem lacerum
Inſpice ò Iude Grex:
Per eum pallentia ſydera
Per eum frementia Fthera
Enarrant eius in funere,
Hic eſt dolorum Rex. Quem &c.

M. Mag. Plange, plange Hieruſalem, conuertere,
Quem morti tradidiſti, ad Deum reuertere
Tua venuſtate
Tua Maieſtate
Te ſyon exuit
Hæc dira Nox:
Pro te ploratibus
Pro Te vlulatibus
Conuerſa in gemitus
Eſt omnis Vox. Tua &c.

Chriſt. Deſiderata omnibus
En completa ſunt omnia.
Ecce inclinato capite
Conſummatum eſt.

Quæ

Symphonia Terremotus.

Hieruſalem. Quæ horrenda
Tremenda
Spectacula!
Miracula!
Ether fremit,
Tellus tremit,
Ventorum
Fragorum
Sonitus terribilis
Sibilat horribilis.
Signa vndique conſurgunt,
Et e ſepulchris mortui reſurgunt.
Chriſt. Eleuamini Portæ eternales
En ingreditur Gloriæ Rex...
Luci. Quis audèt hæc Inferna penetrare,
Quis meo in Regno imperare?
Surgite, eia inſurgite
Mei fidi ſectatores,
Victores inter plauſus
Hos fatuos mentis auſus vindicate.
Chriſt. Sile ad vmbras damnate,
Lucifer Chriſto cede,
Per Te captiui Hominis
Me Redemptorem crede.
Luc. Quis valeat quis retundere meum telum?
Chriſt. Qui has Animas ad Cælum
Deſcendit reuocare inter fulgores.
Luc. Deluſa
Meus confuſa!
En confirmata in mè vincula horrores.
Ligno, quo vici, victum
Me cogit fèra ſors:
Numquam ſurgendo ad æthera,

Sem-

Semper gemendo in Inferis
Eſt mea Hominis mors. Ligno &c.

At ego in gaudia hos fletus immutabo,
Maiori enim tropheo
Redemptos Ego ab eo pęnis cruciabo.
Animę Redemptorem
Lymbi. Nos redempti Te adoramus:
Quod paraſti,
Quod iuraſti,
O Rex Gloriæ decantamus.
Redem. & &c.

*Chriſt.*Sat lacrymis meroribus
Sat dediſtis languoribus:
Veſtra fiat conſolatio
Adæ per nouum Adam reparatio.
Hab. Redemptori pſallendo cantando
Adæ Proles Te gratam demonſtra?
Ipſi à ligno ſurgendo regnando
Soluat vota reſurgens mens noſtra.
Redem. &c.

*Anim.*Sue Glorie ſue victorie
*Lymb.*Hoc triumphali Signo
Omnium Regum REX règnauit a LIGNO.

M M. P H. A. C.

F I N I S.

